Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



primi parentibus dominantur eis: et principes
eorum potestatem habent super eos. Non ita erit inter vos
sed quicumque voluerit inter vos maior fieri
erit vester minister. Et quicumque voluerit in
vobis primus esse: erit omnium servus. Nam et
filius hominis non venit ut ministraretur ei:
sed ut ministraret: et daret animam suam
redemptionem pro multis. Off. Gloria et honore
Secr. Oblatis quesumus domine filii tui
Jacobi passio beata celebret: ut que nostris meri
tis non sumus apte: eius deprecatione tibi
fiant accepte. Prefatio apli. Com. Mag. est
compl. Perceptis domine deus noster salutari
bus sacramentis humiliter deprecamur: ut
intercedente beato Jacobo apostolo tuo: que pro
illius veneranda gerimus: passione nobis
proficiant ad salutem. Eodem die Cristine
Deus qui beatam Cristinam virginem et
martirem tuam revocasti ad regna ce
lestia: et liberasti eam de tribus impissimis
iudicibus tyrannis: et pervenire eam fecisti
ad patriam claritatis eterne fac nos que
sumus eius precibus tuis semper et obedire
mandatis. Secr. Sublime munera domine que
in vite Cristine martiris tue celebramus de
ferimus tua nos redimimus pietate quando lile
cari. Compl. Auxilientur nobis domine
sumpta mysteria et intercedente beata Cristi
na martire tua semper nos protectione con
firmet. In die sancti Jacobi apostoli In
troitus. Michi autem nimis honorati Collecta